ENGELBERTUS ADMONTENSIS
Klosterneuburg, 1384 Seite 82v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Custodia mandatorum

Misericordia dni

Misericordia dni plena est terra

Superiori versu innuit plenitudinem xpi et participium eiusdem plenitudinis a corpore et a membris secundum mensuram corporis et membrorum que extenditur secundum mensuram donationis xpi. Nunc spiritualiter exprimit diffusionem ipsius fontis plenitudinis que diffusio vi est causa participationis ipsius quod dicitur. Ideo particeps factus sum omnium timentium te quia ipsius domini est a tua misericordia que plena est terra. Ideo quia cum non sit vel nichil sit ille qui se absconderit a calore diffusionis misericordie tue ego non nichil existens sicut illi qui se absconderunt ab illo calore gratie tam amplo diffuso secundum gratia tua existens id quod sum omnium timentium te etc. Notandum autem quod misericordia dni dupliciter accipitur. Uno modo pro liberalitate divine bonitatis inquantum ratione summi boni divine nature competit esse communicativam bonitatis sue de qua misericordia intelligitur id est sap. xi. Miseretis omnium dne et nichil odisti eorum que fecisti etc. Alio modo accipitur spiritualiter pro gratia preveniente et subsequente liberum arbitrium. Ps.

timoris

particeps factus sum

Ds mis misericordia eius preveniet me. Glo. i. gratia eius. Item misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vite mee etc. i. gratia tua. Quoniam igitur misericordia accipiatur. Misericordia dni plena est terra. iiii modis. primo liberali communicatione. Math. v. Qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos et spiritualiter quantum ad homines qui multi omnes homines salvos fieri sicut dicit Aug. de verbis domini. iii. amat salvos fieri peccatores qui in vita non in morte a principio constituit homines. Sap. ii. Ds mortem non fecit etc. et quantum ad hominum diversitates. Act. xi. Non est personarum acceptor ds sed in omni gente qui timet dm et operatur iusticiam acceptus est illi. ii. Ampla diffusione quia sicut dicitur Ecc. xviii. Misericordia hominis super proximum suum. Misericordia dni super omnem carnem. Sap. i. Spiritus dni repleverit orbem terrarum et spiritualiter quantum ad diffusionem gratie in latitudine terrarum. Ps. In omnem terram exivit sonus eorum et in dispositione gentium quia per ecclesiam in omnes gentes diffusa est gratia dei. iiii. Rom. i. Fides nostra annunciatur in universo mundo etc. iii. communi et gratuita infusione et communi et gratificante effusione. Joh. iii. Effundam de spiritu meo super omnem carnem etc. Ad Rom. v. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris etc. iiii. communi et ordinata distributione. Ad Eph. iiii. Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis xpi etc. Misericordia itaque dni plena est terra. Ideo quia prius erat inanis et vacua gratiis et virtutibus et plena viciis et demonibus. Nunc autem evacuata ab hiis plena est quia impleta est ab implente et replente et complente. Unde translatio ad verbum dicit. Misericordia dni impleta est terra. Impleta est itaque necessariis. Ps. Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione. Repleta deliciis. Ps. Repleti sumus mane misericordia tua. Completa ad summam perfectionis. Gen. i. Compleuitque ds die septimo opus suum quod fecerat. Impleta est igitur necessariis per redditam originalem iusticiam. Job. xxxiii. Et reddit homini